



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Compendivm Summæ Card. Toleti

Minucius, Genesius

Sammieli, 1613

De proditione Tyranni & reuelatione secreti cap. 44. & 45.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41701

temporali, constituendo in illa ultimum finem, vel quando quis ex tali sollicitudine relinquit ea ad quae tenetur. Dicitur autem quis ponere ultimum finem in aliquo, quando paratus est potius mortaliter peccare, quam illa omittere.

*De proditione Tyranni, & reu-
lutione secreti. Ga. 44. & 45.*

Prodere, est manifestare, quod latebat, ut alteri noceat, sicut prodidit Dalida Sampsonem, & Iudas Christum Saluatorem, eademque est ratio de proditione rerum mobilium, vel immobilium, si quis eas manifester in damnū veri Domini, quod peccatum obligat ad restitutionē, & tunc est mortale quando est de re graui. In specie autem nemini licet hostibus prodere urbē aut castrum cuius custodiam suscepit,

in damnum veri domini, iecus ta-
men si is cuius nomine illud deti-
net, esset Tyrannus, & non posset
a vero domino alia via recupera-
ri, nam tunc poterit illud tradere si id
faciat zelo iusticie, nec sequantur
inde mortes hominum, & alia hu-
iusmodi scandalū euitet neque
huic rei obstat quod inde pecu-
niā speret. Deinde etiam non
licet subdito Tyranni qui iniuste
ciuitatem obsidet priuata autori-
tate illum occidere, quia de iure
naturæ ei fidē tenetur seruare. Se-
creta tamen eiusdē Tyranni in dā-
mnsi communitatis, vel tertiae per-
sonæ non sunt occultanda, sed re-
uelanda, ut constat ex 2 Reg. cap.
17. de illo Chusa, qui se finxit ami-
cū Absolon, & tamē manifestauit
Dauidi secretum consilium Achito-
phelis, secretum enim quod est
in damnum tertii & contra iusti-
tiam non obligat. Postremo litte-
ras clausas de re gravi scriptas

aperire est peccatum mortale, quando aperiens non est superior, vel amicus, aut in suam necessitatem defensionem id facit, vel ex rati habitione.

*De fraude pretii, & eius iustitiis
Cap. 46. 47. & 48.*

Fraus, est deceptio alterius, opera exhibita, quae procedit ex fallacia, & est vitium contra prudentiam, & frequentius mortale. Iustum pretium est duplex: Legitimum, quod lege taxatum est, & naturale, quod iuxta rei valorem ex communione estimatione bonorum mercatorum, in rebus quae communiter venduntur, in iis vero quae non communiter, ex estimatione prudentis mercatoris: Precium legitimum est permanens, & immobile: Naturale vero subinde mutatur, & aliud est infinitum, aliud medium, aliud ti-